

citas, & quæ hinc dependet, tum immutabilitas, tum duplex infinitas.

7 Simplicitas Dei est, per quam intelligimus, Deum 1. expertem esse omnis compositionis, tum ejus quæ est ex partibus integrantibus, itemque essentialibus materiâ & formâ, tum ejus quæ est ex subjecto, & accidente, genere & differentia, esse & essentia, actu & potentia. 2. Expertem esse omnis divisionis & mutationis, ac proinde incorporeum, immaterialem, impartibilem, invisibilem & impassibilem, imò nihil esse in ipso non essenziale, eumque non posse non esse, cum sit actus purissimus & ab omni concretionem separatus.

a Exod. 3. v.

8 Immutabilitas quæ ex simplicitate fluit, est, quâ intelligimus, Deum nullis motus speciebus esse obnoxium, non posse nutriri, vel augeri, vel minui, vel alterari, denique non posse de loco in locum moveri. Itaque negat de Deo omnem accessionem & detractionem, quippe qui essentiam suam habet à se ipso; sive qui est primum ens, à nullo dependens: si enim dependeret, mutaretur.

14. & 34.  
v. 6.

a Psalm. 102.  
v. 27. & 28.  
Jacob. 1. v.  
17.

9 Duplex Dei infinitas, est æternitas & immensitas: quarum illa respectu durationis, hæc respectu præsentis dicitur. Æternitas est interminabilis, tota simul & per-